

militia continuit, ut Orosius scribit. Licet quidam scri-
bant militibus non parentibus Camillo, manu se propria
transverberasse. Hujus filium Papium Scribonianum tradit
Cornelius Tacitus in exilium missum, quasi finem Principi
per Chaldeos ferretur, una cum matre Junia. Sed
exili non longa vita fuit, sive fit veneno extinctus, sive for-
tuita morte. Cuspin.

SUBDITI.

Sichemite, duce Gaal Obad Fab. Abimelech Gedeonis
spurio (qui eorum instinctu 70. fratres, excepto Joham natu
minimo, qui latuerat, interfecerat, & imperium occuparat)
defecerunt, anno imperii illius tertio. Verum Abimelech urbe
per insidias capta, oppidanis interemit, & eos, qui in
castellum adis Baalberith confugerant, admoto igni vivos
exulit: ipse in oppugnatione turris Thebes urbis perijt. Vide
Tit. Tyrannorum.

Israelitarum decem tribus Roboam rege ad Hieroboam
defecit. Vide Tit. Confilii mali pater.

Cum adversus Cyrenos Apries rex Aegyptiorum exercitu
B misso magnam cladem accepisset, id ei imputantes Aegy-
ptii rebellaverunt, opinati, se ab illo in apertam perniciem
fuisse dimissos, ut his intermissione delectis, ipse ceteris Aegy-
ptiis impentaret securus. Id ubi percipit Apries, mittit ad eos
verbis sedandos Amasim. Qui cum ad eos pervenisset, repre-
hendensque distulderet ne talia faceret: quidam Aegyptiorum
ei a tergo itans galeam circumdat, caque circumdata inquit,
se illam ei ob regnum imposuisse. Apries mittit ad Amasim
Patarbem cum mandato, ut ad se vivum Amasim perduceret.
Ic ubi eo pervenit, Amasim ad se vocat. Amasim autem se-
debat in equo ad suos cohortandos, iussit vicissim hunc ad
se adducere Apriem. Et cum Patarbem eum rogaret, ut re-
gem adiret: respondit, se jamdudum dare operam, ut id age-
ret: nec de seipso Apriem esse questurum: se enim illi praesto
futurum, & alios adducturum. Patarbemi redeunt, quod
Amasim non adduceret, nullo verbo edito Apries ita percitus
praecidi aures iussit, namque. Id intuentes ceteri Aegyptii,
qui cum Aprie haecenus fenserant, virum inter eos probatissi-
mum ita foede, indignaque affectum, ad Amasim omnes defece-
runt. Pugna commissa, Apries ab Amasi superatus, & in
Saim civitatem ductus, quamvis repugnante Amasi, ab
C Aegyptiis strangulatus est. Herod. lib. 2.

SETHON Vulcani Sacerdos, & Aegyptiorum rex, cum
Aegyptios tanquam imbelles sperneret, & externo tantum mi-
lite uteretur, eis quoniam agris, quos a Superioribus regibus
dono acceperant, adimeret, ita in eum concitati sunt
Aegyptii, ut cum paulo post Sennacherib Arabum, & Assy-
riorum rex contra Setonem arma caperet, nullus Aegyptio-
rum Sethoni auxiliari voluerit. Herod. lib. 2.

PROTEMUS Philometor Aegyptii rex Thebanis, quod
ab ipso defecerant, bellum intulit: ac tertio a defensione anno
in potestatem suam redactus, tam graviter multavit, ut qui
ante Graciae ditissimas quasque civitates, Delphos etiam
ipsum, penes quos erat facta deo pecunia, & Orchomenos
opibus superabant, nullum pristinae fortunae vestigium reti-
nerent. Pauf. in Atticis.

Trajanus Agarenos Arabes oppugnante, Judaei qui Cyre-
nem incolebant, duce quodam Andrea, Romanorum, Graeco-
rumque indiscriminatim ad ducenta, & viginti milia tru-
cidarunt: quos partim ferris mediis dissecerunt, partim be-

D stis objecere, partim inter se decernere coegerunt. Nec tanta
cade contenti, praecingi caesorum intestinis, inungi sangui-
ne, velati cruci, vesci denique humana carne non exhorruere
Persicinus, atque atrox nescias in Aegypto, ac Cypro insula
pattatum est, duce quodam Artemione: ibique rursus circum
circa ducenta, & quadraginta milia hominum obrunctata
sunt. Ob cuius facti atrocitatem, Judaeus Cyprum poenis
attingere prohibebatur, ac legibus. Si quidem vel tempesta-
te, vel per errorem illuc delatus, statim supremo supplicio
multabatur, ceu capite damnatus. Nam Trajanus misso cum
exercitu Lucio Quieto, tum antecedentibus aliis ducibus
Judaeos, quod per unum ferre terrarum orbem tantum cas-
dis ediderant, profligavit, magnamque eorum multitudi-
nem stravit. Cujus facinoris gratia (ut Eusebius lib. 2. Saec.
hist. scribit) L. Quietus praesides Judaeae ab Imperatore factus
est. Cuspin.

ODOACER Herulorum, & Italarum rex, triplici praedio
a Theoderico Ostrogotho victus, maturato itinere Romam
contendit, sperans, si Urbem tenuisset, facile totius Italiae

imperium servaturum. Verum cum ad urbem accessisset, clausis
portis a Romanis exclusus est, Theoderico, ut iusto E
domino (jam pridem ipsam Zenonis Imperatoris volunta-
tem acceperat) se obtinere velle dicentibus. Itaque
ita incensus furibunda aedificia omnia, quae possit,
repente, aut hostiliter diruit, aut subito igne combussit,
ac Roma repulsus, quod fecundum erat perfugium, animum
ad Ravennam saltem in tam adversa fortuna obtinendam
applicuit.

Cum autem & hanc Libilla Magister militum, castris ante
urbem positis, pro Theoderico sibi custodiam sumpsisset:
praedio gravissimo facto cepit, ac Libilla intercepto, inde
Ravennam inivit, in qua Theoderici oppugnationem diu
fortiter sustinuit. Sigon. lib. 15. Imp. Italici.

Jadera Dalmatiae urbs, praefici temporibus Romano florente
Imperio satis florens, postea Pannoniae regibus serviens, satis
celebris, commutato imperio Veneticis parens, septies Venetae
bonitatis immemor rebellavit. Egeat. lib. 9. cap. 6.

Cretenfes Venetorum coloni cum saepe alias, tum atrocissi-
me a Veneticis defecere circa annum 1361. & quod nun-
quam antea, patricii ordinis viri M. Gradonicum ducent crea-
vere. Permanerunt quidam in fide, & in suburbana fecerunt. F
Hi Calergi cuspidum pneumatici crudelitatem, insula
imperium Graecis tradere conantis necati. Calergus a Gradoni-
co captus, & in urbem Candacem deductus, ex superiore
parte Ducati in Veneti sanguinis ultione praecipitatus,
nudis ensibus exceptus est, atque in plures partes cadaver
discerptum. Veneti classem eo mittunt. Terrafres copias diu
forti exponunt, ad centum milites temere ad molas pro-
gressi, ab hoste insidiis excipiuntur, exceptio ad unum truci-
dantur omnes: his jacentibus virilia, & linguae absconduntur
Graeci: illa dentibus, has naviis inferentes. Non tam caedes,
quam ignominia illa Venetorum animos in hostes exasperavit.
Unico praedio vici Cretenfes, Candacem urbem dedide-
re. Dux noviter creatus, securi percussus est: auctores defec-
tionis, & ipsi capitali supplicio ad unum affecti, multi fuga
dilapsi. Sab. lib. 4. Dec. 2.

Cum Albertum Imper. Joannes ex fratre nepos interfe-
cisset, & Clemens V. Pontifex in Gallia esset: omnes fere
Civitates Cisalpinas Galliae, dominos sibi eos delegere, quos
antea capitaneos habuerant. Capitaneos enim praefectos ur-
bium vocant. Ut Verona Scaligeros, Mantua Pasterios, &
Patavium Carracienfes. Escenfes, qui jam pridem domini G
Ferrariae potiebantur, tunc Mutinam in potestatem suam re-
degerunt. Platina.

Auximum urbs, Buccolini cuiusdam hominis popularis, &
sacerdotium immitte, ac triste imperium non ferens confilio,
& audacia, in maxima Italiae pace ab Innocentio IIX. Pontifice
defecit, & venia desperata Turcam accipere auxilio desi-
naverat, nisi Laurentii Medicis Florentinae Reipub. Principis
opera Pontifici reconciliati cives, Buccolini incolimus dimissus
fuisse, qui paulo post Mediolanum a Ludovico Sforzia evocatus contra fidem datam supplicio affectus est.
Brutus lib. 8. Flor. lib. 3.

Anno MDIV. Philippus Maximiliani I. Caesaris F. Belgarum
Princeps, in Hispaniam navigavit, ut Isabelle socrus dotale
regnum adiret. Receptus est ab Hispania Proceribus ita stu-
diosis, ut Ferdinandum Aragonum regem soecum defecere: cui
tanquam seni, & parum liberali, & genere Catalano, facile
omnes florentem aetate, & splendore vice novum regem ante-
ponebant: usque adeo ut Federicus Toletanus Albe regu-
lus fere omnium solus integra Sacramenti religione servat. H
servaret. Quibus procerum studiis Philippus eo sese exulit,
ut soecum planè exutum ulteriore Hispania, inveniis qua-
dam alacritate contemere videretur, manereteque sola inter
eos imago necessitudinis, & amicitiae, non expressa quidem
mutuis officiis, sed inanibus tantum epistolarum, & verbo-
rum titulis sustentata: tanta quidem utriusque suspitione, ut
cum ad constituendas leges, quibus in regendis Provinciis
uterentur, speciemque conjuncti animi populus praebendam
necesse esset, ut in colloquio devenirent, delecto campitri
loco parum familiariter habitu, tanquam ad hostilem aciem
promotis utriusque equis sint congressi. Non multo post tam-
men Ferdinandus Neapolim navigante Philippus ab impe-
rie novi caelii, cui Belgicae epulae minime congruebant, oborta
febre truncatus est. Ejus mortem ludius cometes portendit,
qui per aliquot dies ad occidentum plagam arserat. Jovius 9. Hist.
& in vita Hadriani VI.

Ludovicus I. Hungariae rex, Nicolaum Garamad Palati-
natus honorem exerat. Rege mortuo, cum apud Elizabet-
tham

tham matrem, & filiam Mariam reginas, non minus posset:
A Proceres eius splendoris invidia a Maria deficiunt. Ludovici
ex Andrea fratre nepotem Carolum Parvum Neapolitano-
rum regem evocant. Nicolaus Elizabethae suae per Blasium
Forgath Carolum jam inauguratum, tanquam ad nuptiale
festum filiae vocat, vulnertur, captumque in Vilsgradenfi
arce, obstruendo animae metu, necari curat, anno 1385.
Regina eo successu clata, cum Nicolao, & Blasio nimium
securis sine praetoriana cohorte Syrmium proficiebantur.
Joan. Croacia praefectus Caroli mortem ulturus, reginas in
scenae caput, Nicolaum, & Blasium obrunctat. Elizabetha
postu in Bozotham animum demerit. Mariae, quod culpa
ferebatur expeti vita concessa, mox etiam libertas, in nup-
tias ejus adventante Sigimundo Boemorum rege. Bonfinius
lib. 1. Dec. 3.

Regnante Neapoli Manfredi, cum Gibellina factio, urbe
Florentia ab adversariis pulsa, Manfredi, atque Scensium
B ope subnata, redire in patriam contendere: ingentibus co-
pis ad animum Arabum adversus Florentinum populum urbe
egressum arctiter dimicabat. Eo ipso tempore Gibellini, qui
in castris Florentinis erant, facta ad hostes transiitione, auctis
exulum viribus Florentinum populum terga dare coegerunt.
Florentinorum igitur, ac federatorum multa hominum mil-
lia desiderata fuerunt. Adco Gibellinorum peccatoribus odium
in Guellum nomen infederat, ut nulla honoris, aut patrie
charitatis habita ratione, suos evteret, & gloriam hostibus
tradere non recuberent. Fulgof. lib. 8. cap. 5.

Loerensium pactum, de fidei fidei agis
didum, cuiusmodi quondam habiti Loerenses, quod federe
prodito, quod cum Peloponnesis inierant, ad Heraclidarum
partes defecerunt. Vel ut quibusdam placet, quod Siculos elu-
ferint, non praestita fide. Xenodorus. Refertur iidem ferme
verbis ab Eustathio in Bozotham Homeri. Eadsmus.

Erant quidam auxiliarios Amalis regis Aegyptii, nomine
Phanes, genere Halcarnassensium, vir consilio praestans, & in re
C bellica strenuus. Hic nescio quid Amasi succensens, navigio
profugus ex Aegypto, volens in colloquium venire Cambytis.
Eum a Amasi, quod inter auxiliares non parvi momenti esset,
quodque de rebus Aegypti non nihil competentissimum haberet,
inquitur cum tritemi eunuchorum fidissimorum. Phanam
igitur affectum in Lycia cepit: fed redire in Aegyptum, ab
illo prudentia superatus. Nam Phanes maclatis custodiibus,
abit in Persas: Cambysemque molientem adversus Aegyptum
expeditionem, & quo pacto caenia aquis loca transmitteret
ambigentem, adit. Herod. lib. 3.

Theffalis ex fortuna fidem pendere, Poetae scribunt: cum
bello Peloponnesiaco fedetum, & deorum oblii, in ipsa acie
ab Atheniensibus ad Lacedaemonios, mutatis ordinibus,
transfugerint. Quare Theffalia fides, velut vana, & fluxa, in
proverbium venit. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

XERXES contra Graecos expeditionem parante, Anianes
Dolopes, Milefiji Perrhabii, & Magnetes Barbaris adhaerere,
cum adhuc praesidium in Tempe consisteret. Achaei deinde
Phthiotae, Locri, Theffali, & perique Boeotiorum, discedente
D praesidio Graecorum, ad Barbaros defecere. Qui isthmon te-
nebant, cum reliquis Graecis in officio devenissent, in comu-
nitem conventu decedere, Graecos diis deponentes, deciman-
dosque quemcumque Perficam tenuissent partes, si victores eva-
sissent. Diad. lib. 11.

In pugna navali, ad Artemium contra Xerxem a Graecis
commissa, solus Graecis, quicum rege erant, Antidorus
Lemnius ad Graecos transfugit: quem Atheniensis ob eam
rem tradidit soli in Salaminem donarunt. Herod. lib. 8.

Cum CC Lacedaemonii, duce Leonida, contra Xerxem
ad Thermopylas pugnatuuri essent, Thebani, quorum dux erat
Leontides, ut retenti, a partibus Graecorum dimicaverunt. Ac
urbes Perlarum superiores esse animadvertunt, manus ad
Barbaros protenderunt, clamantes (quod verissimum erat)
fese cum Medis fensile, terraeque, & aquam regi inter pri-
mos dedisse: at vi coactos ad Thermopylas venisse, & a culpa
cladis illatae abesse. Itaque servati sunt. Barbari, quicquid ce-
pere, aliquot obrunctaverunt: pluribus, iussu Xerxis, regias
notas inulserunt, a duce Leontide exorti: Cujus filium Euty-
machum postea Plataeenses quadringentorum Thebanorum

ducent, quod urbem ipsorum occupasset, interemere. He-
rod. lib. 7.

Scyllas ex classe Xerxis transfugit ad Graecos. V. Tit. Urin.
Cum Jones trecentis navibus contra sexcentas Perficas
ante Miletum pugnatuuri essent: Samii ab Aca, Sytolontis
F. qui a Samo pulsus Darii partes sequebatur, clam persuasi,
immunitate factorum, & urbis promissa, contra fidem socias
datam, sublati velis ex mari exceferunt, cum L. navibus,
Samumque abierunt: praeter decem naves, in quibus trierarchi
permanerunt, nolentes dicto audientes esse suos ducibus. Quo
ex facto commune Samiorum concilium eis donavit, ut ipso-
rum nomina a majoribus repetita, tanquam egreiorum viro-
rum, in lapide scriberentur: extatque is lapis adhuc in foro.
Lesbii videntes Samios fugere, idem fecerunt cum LXX. navi-
bus pauci admodum cum Chiorum centum navibus perflerit,
& contra hostem fortiter dimicavit: victi tamen sunt hostium
multitudine. Herod. lib. 6.

Aristocrates Arcadum rex, Messenius socios in acie deserit.
Vide Tit. Perfidia erga socios poena.

METIUS SUFFETIUS Albanorum dux, quoniam pactum, at-
que conditum cum Tullio Hostilio populi Romani rege peti-
fide rupebat, binis quadrigis vincus, atque immaniter laceratus
est: ut habes apud Livium lib. 1. Dec. 1. Plutarco.
cap. 14. Paral. Alexarchum 3. rerum Ital. Plin. cap. 4. de
Viris illust. Gel. lib. 10. cap. 1. Volat. lib. 16. Anthrop. Eusebio.
lib. 1. cap. 6. Dionysium lib. 3.

Romanis ad Cannas victis, ubi Campani ex his legatis, qui
ad Varronem consulem officii praetextu Venustiam, quo ille
cum paucis ex acie fugerat, missi fuerant, cognovere res Romanas,
supra quam credi posset, accisas immemorae veteris
Romanorum in se meriti, Samnitem olim jugo de ipsorum
cervice exulso, solum rem collapsam, ut fideles, & gratos
socios decuit, non invenerunt, sed Vitii Subii fides, & civitatis
magis, quam Romanis sunesta persuasione decetum tulere,
ut cum Hannibale fedus iniretur. Annibalem victorem non
solum sibi societate junxerunt, sed etiam incredibili honore
acceperunt in urbem, sperantibus civibus, confecto bello
fide inter Italos potentia, atque opibus longe primos fore, adeo
quae turpiter se submiserunt Penno, ut quasi libertatis oblii,
non soecium in urbem, sed dominum accepisse viderentur.
Praeter alia, petenti Annibali sibi tradi Decium Magium
Principem factionis adversae, non modo servili decreto est G
fenatus assensus: sed etiam passus est, ut spectante populo
catenis vincus in castra duceretur, vir antiquae societatis inemor,
reique publicae magis, quam barbaris gentibus affectus
civis. Fuerunt, qui tradant, priusquam Campani aperte defici-
sissent, eorum legatos Romae in curia petiisse, ut alter consul
Campanus fieret, si Romam a se juvari vellent: ad quam
impudentem postulationem tanta sit indignatio orta, ut Cam-
pani curia summoti ante noctem iusti sint Romanis finibus ex-
cedere. Sed hinc contenti fidem prodidisse, Romanorum
plerosque, qui tum forte Capuae erant, in balneae claudiae
specie clausos, fervore, & astu interclusa anima, crudeliter
necarunt. Sabel. lib. 3. Ann. 5.

Victis ad Cannas Rom. multi Italiae Pop. Rom. in perpetuum
concidisse rati, ut levia sunt hominum studia, & in meli-
orem fortunam propensiora, ad Pennum defecere. Fuere hi
Attellani, Calatini, Samnites ferme omnes, Surrentini, Lucani,
Brutii, & omnis magna Graeciae ora, Crotoniatae, Metafonti-
ni, Locri, Apulorum pars non parva, Hirpini, & Cisalpini
omnes Galli. Neque tamen frequens haec soeciorum defectio H
Rom. movit. Sabel. lib. 1. Ann. 5.

Multa Siculorum urbes Romano praesidio, aut pulso, aut
oppresso, ad Penos defecerant. Quam Siculorum ad hostes
defectionem veriti, qui Annam praesidio obtinebant, quorum
L. Pinarius erat praefectus, cum cernerent Aenenses ad de-
fessionem spectare, eosque frustra precibus, & benevolentia
in officio continere studuissent, convocatis in concionem,
Pinarius milites immisit. Ibi alii super alios Aenenses casti,
ii, qui dilapsi sunt, passim sunt per urbem obrunctati. Ea
Aenensium clades uno propè die totam Siciliam pervasit. Sedet
enim id oppidum in medio ferme tractu insulae. Quae res esse
fecit, ut si qui dubii erant, tum demum ad Penos defecerint.
Sabel. lib. 3. Ann. 5.

Hieron. Syracusanorum tyrannus, 15. annorum puer
ab Hierone avo relictus, Andronodori impulsu (erat is Hieron-
is gener, & puero tutor cum plerisque aliis relictus) a Romanis
brevi alienatus est: Obstitit aliquandiu Thraso tu-
torum unus, qui falso, Theodori cuiusdam indicio, sublati
pupillo capitale tenderet insidias, interfectus est. Eo sublato
puer

puer aperte ad Hannibalem defecit, missis ad hoc ipsum le- gatis, qui cum eo de fœdere agerent: sed paucis diebus, quibus hæc citò, ulroque pactata sunt, cum fortè in Leon- tinis venisset, ibi à conjuratis multis est vulneribus confus- tus. Facta spè à conjuratis regia pecunie militibus distri- buenda, adeò repente universus exercitus, qui ab initio tumultuari ceperat, mutatus est, ut passus sit regem insepul- tum jacere, Leontini & ipsi libertatis nomen libenter com- plexi sunt. Theodorus, & Sosis ex conjuratorum numero, qui statim perpetrata cade, celerissimo cursu Syracusas contende- rant, sub noctem ingressi urbem, exuvias cæsi regis ostende- rant, Syracusanos ad libertatem vocant. Sic recuperata lib- ertate felices erant futuri Syracusani, nisi contra Rom. armis sumptis, M. Marcellum Coss. in sese concitassent. Sab. lib. 3. Æn. 5.

**SYPHAX** Massesilulorum rex, qui Massinissam regno expu- lerat, cum P. Corn. Scipione fœdus contraxerat. Cæterum postea mutatus animo, ducta Afrubalis Barchini filia So- phonisba, ad Carthagenenses defecerat. Tandem à Scipione in Africa capitur, & cum multis nobilibus viris ad Scipionem perducitur. Ceperat primum lætitia omnium animos, cum Syphacem in castra adduci nunciatum est: deinde ubi victus in conspectum multitudinis est ductus, tanta viri presen- tia, & pristina majestatis recordatio, misericordiam intencu- ribus movit. Meminerant enim, quam celebre ejus regis no- men, quam florentes opes amplissimi regni vires paulò ante extiterant: postea verò ex tanto fastigio prolapsam cernens miserabatur. Ipse autem Imperator Romanus benignè eum affatus, quæsit, Quanam tanta causa animum ejus mutasset, impulsissetque ad inferendum Romanis bellum: Tum rex veteris hospitalitatis, junctaque dextræ memor, fidenti animo Scipioni respondit, Se conjugis Sophonisbæ amore captum, tantum facinus, quantum omnes scirent, in Pop. Roman. admisisset, atque exemplo eas dedisse pœnas, quas cæteris pro documento habere possent, ut in fide, atque obsequio permanerent. Sed in extremis malis hoc sibi solatii contigisse, quòd inimicissimum hominem Massinissam ead- em insania, qui ipse laborasset, correptum videret. Nam post victum, captumque Syphacem Massinissa Cyriam caput regi petens, cum urbem in potestatem redeisset, So- phonisbam multis precibus sibi blandientem ardere ceperat, mulierique fidem dederat, se eam à Romanorum manibus vindicaturum: ut id commodius præstare posset, novis nuptiis sibi devinctam uxorem duxerat. Auctor ejus vita.

Romani duce M. Antonio Parthorum regionem ingressi, ab urbe Phraatis, quam frustra obsederant, recedentes, xxvii. diebus iter fecerunt, & Parthos præliis xli. x. fudere. Cæte- rum non fuerunt victoriam hæc integra, vel solida, quòd parum, neque usquequam infectati hostes fuissent. Qua maxime re conficit Armenium regem Artavasdem illius belli Antio- nium effectu fraudasse; qui statim in obsidione Phraatæ dis- cesserat. Nam si quos ex Media abduxit, equitum sex, & decem millia adfuissent, pariter ac Parthi instructi, ac cum illis assueti pugnare: Romanis pugnantes pellentibus, illis in fugam effusos persequentibus, haud valuisissent torques recolligere se, profligati, & denuò repetere pugnam. Quare Antio- nium omnes infecti ad vindicandum in Armenium concita- bant. At ille consilio usus, neque proditorem exprobra- vitei, neque de consuetia in eum comitate, & honore quic- quam, quòd infirmus ab exercitu, & omnium rerum ef- fet indignus detraxit. Post tamen iterum Armeniam ingres- sus, multis pollicitationibus, & invitationibus induxit Artava- dem ad congressum: ac tunc comprehendit eum, vinculum- que deduxit Alexandriam, ubi de eo triumphavit. Qua postissimum re populum Romanum offendit, quòd prima patriæ ornamenta in gratiam Cleopatæ derelictæ Ægyptiis. Plut. in Ant.

Cum in convivio Rhyndalæes Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum defeciverat, insolentius pactata sua erga Cæsarem merita, ac sine fine exprobrans belli societatem molestus esset: Cæsar dissimulata illius petulantia, alteri cuidam regum propinans dicit: Prodicionem amo, proditores non laudo: significans, his, qui prodicione profuerunt, nihil deberi gratia: licet enim officium, quod præstant, pro tem- pore gratum est, ipsi tamen habentur pro malis, ac fœdistras. Plut. in Rom. Apoph.

Belisarius Neapolim ceperat. Gothi regis Vitigis suafu, Roma relicta, Ravennam petunt. Romani, ut Gothos securio- res efficerent, gravissimo iurejurando sese (teste Procopio) ob-

ligaverunt, ne defectionem molirentur: Vitigis quatuor millia electorum militum ad custodiam Urbis reliquit, quibus Luderum perfecit: At non multo post Romani una cum Pontifice Sylvester nullis bellorum incommodis affecti, sponte à Gothis defecerunt: & misso oratore Fidelio Medio- lanensi, Belisarium receperunt. Gothi fide publica impetra- ta, Ravennam cum impedimentis incolumes abiire. Accidit autem, ut die una, eodemque tempore, & Belisarius cum Imperatoris exercitu per portam australem (quem Asinarium, sive Cæliomontanam vocat) urbem ingrederetur, & Gothi per portam Aquilonatem in Flaminiam excederent. Et sic urbs Roma à Gothis annuum post sexagesimum recepta est. Procopius.

Mahumetes Arabs Christianus erat miles in bello Persico sub Heraclio, & Arabes, quos in suam opinionem per- traxit, maxima ex parte Christiani. Sed Arabes odio Hera- clii, & Græcorum, ac Latinorum, qui sub illo merebant, non dubitarunt ab iis discedere religione; qui sub primis animis, ac voluntate discesserunt, deinde etiam corpori- bus, & armis, electo Mahumete duce defectricis manus, cui non solum in re bellica perdit, ac desperati homines, sed verum etiam in vite, ac motum infuturum, denique in omni- bus sine exceptione pararent. Lud. Vives de Concor. lib. 2. in fine.

**Vide Tri. expeditiones sacre Christianorum.** Abroditi, veteres Francorum socii, amice, ac agris Saxonum à Carolo Magno donati, Saxonico in solo Saxo- num animos suscipere: & graviores propè hostes erant, quòd Francorum militarem disciplinam diuturna societa- te armorum ceperant: idem mores, eadem infirmitas, idem amorum genus, idem ornatus, eadem propriè vir- tus, non eadem fortuna. Eam solum nam præbet, in rebus potissimum bellicis: & Francus regum rex, tante- que opes vicini bello ab una ea gente non poterant, sed fortissimorum virorum morte Augusto ea victoria stetit. Amilius lib. 3.

**TASSILO** Bavarorum dux, dum fultè credit uxori, temere quoque dominatum amisit. Huic desiderii Longobardorum olim regis filia uxor erat, que usque adeò die, nocteque vi- rum vexasse fertur, donec eum impulsit, ut ad Imperator Caroli Magno defecere, ut patris exilium per maritum hoc bello ulcisceretur. Quod eo facilius fieri posse speravit, si gentem Hungaricam bello acerrimam, Bavarisque finitimam, in societatem addisceretur. Sed cum facili sit uxorio impone- nere viro, ad Hungarorum duces legatos Tassilo repente mittit, quibus eos horat, ut orat, ut pro utriusque partis commodo societatem secum transigant. Huius occasione utendum rati, fœdus cum Bavaris inveniunt. Carolus amplissi- mo delectu habito ad Lechum annem properat, Tassilonis animum per legatos statuit experiri. Qui ubi duces incon- sultum adire, amicique verbis defectionem ejus, & in constantiam corripuere, in respicientiam revocare homi- nem. At ille facti poenitentia ductus, mutato repente consilio, supplex sese Imperatori dedit: Theodon inter cæteros obides filius datus est: quin & iurejurando perpetui obsequii confir- mata fides. Bonf. lib. 9. Decadis 1.

**LUDOVICUS II.** Imperatorum Adalgisum ducem Beneven- tanum, cujus ductu Campani, & Luciani Græcum Im- per defecerant, armis imperata facere cogit. Adalgisus bene- volentiam simulans, suadet Imperatori, ut pacata regio- nem exercitum dimittat. Pius princeps, proditoris verbis de- ceptus, exercitum dimisit, & cum paucis corporis custodiis remansit. Adalgisus nactus occasionem, in meridie, cum Im- perator quiesceret, palatium cum conjuratoribus ingredi tentat. Sed strepitu armorum excitatus Imperator, cum suis ab ingressu illos arect. Cum itaque illud non procederet, palatium flammis absumere cum Imperatore minatur Adalgisus, nisi iuramento affirmet, se abiturum, & nunquam rediturum Beneventum, neque calumniam hanc ulterum. Tanta necessitate implicatus Imperator jurat, & postero die Beneventum cum suis exit, Romanamque divertitur, summo Pon- tifici Joanni, ac Senarui tyrannidem Adalgisus conquestus. Qui mox publicus hostis iudicatus est, & Imperator iuramen- to solutus. Benignus Princeps nolens videri, & non esse bo- nus, ne à suis perjurus videretur, comparato insigni exercitu, reginam mittit contra Adalgisum. Qui fœque nequitia confusus, vitam fugam redemit, ac in Corsica insula latuit, de cæteris sumptum est supplicium. Cuspini.

Cum Romani, qui Othoni II. Romano Imperatori contra Græcos auxilio venerant, & Beneventum ex acie profugum, non solum

solum prælium detestassent, verum etiam signa deseruissent: A cætera Imperatoris copie ad interfectionem usque casa, ut si Græci victoria potius visissent, iam tunc de univerfa Italia fuisset actum. Ocho ad litus devolans, cum scapham con- scendisset, ut ea salutem fugam quaereret, à piratis interceptus Siciliam delatus, promissaque ingenti pecunia, Romam dimis- sissus est. Quod ubi sensere Siculi, à piratis supplicia sum- ptere. Legendis fugati exercitus reliquias omnem, quam potuit, operam Imperator intendit, copiarum præsidio destitutus, cum in Romanos signorum desertores servare non auderet, in Beneventanos iram exercuit. Nam cæteram Romani populi multitudinem amorum compositum, cum reducibus, eduxit. Beneventanos nil tale timentes adortus, sub prætextu, defen- sionis urbem cepit: captamque populatur, diruit, & incendit. Bonifacius lib. 10. Dec. 1.

Christiani Antiochiam Syriæ metropolim obsidentes, fame crudelissima affligebantur. Vix duo millia equorum bel- latorum supererant, cæteri aut inopia pabuli, aut militari fame nulli rei parcente absumpti. Sunt etiam inventi, qui corporibus hostium vitam tolerarent. Quidam nobilium cum ex castris clam se furripuissent, ex fuga à Tancredo duce Apulo retracti: in quibus Guilielmum cognomento Car- pentarium, & Petrus Ambianensis Eremita, auctor sacri belli- hique ob nobilitatem Hugoni Magno, Philippi regis Fran- corum fratri redditi, ut de eis ipse statueret. Verbis gravissi- mus, prohibere, ut desertores signorum, fratrum, commilito- numque proditores, facte causa pravariatores, evertoresque interperiti, & novo iurejurando adacti. Octavo obsidionis mensis, cum ingentes copie Persarum supervenire dicerentur, nec spes ulla falutis superesse videretur: Stephanus comes Bles- senfium, qui primus prudentie partes sibi opinione homi- num vindicarat, percutam valentium Alexandriam Sany- ricam propinquam Antiochenfium finibus secessit non solus, sed magno comitatu, circiter quatuor millia militum eum secuta sunt: nec aberat suspicio, id metu potius, quam mor- bo factum. Capta interim urbe per prodicionem, cum gravius à Corbana Persa obsideretur, quam ipsi Castellanum obsedi- sset, velut veteris deploratis, ac cætera remanentibus pernicie, Guilielmus Maffulla, cui forsor Tancredi Tarentini nupserat, & Vido Truffellus, noctu per funem è muris se demisere, ac ad classem cum se recepissent, res perditas dicitabant.

**C** Simul quoque Alexium Imper. Græcum supplicis Latinis ferentem, quasi jam certò amissa esset Antiochia, ita tenuerit, ut copias suas dimiserit, magno Latinorum ducum, qui Antiochiæ obsidebantur dedecore, qui à suis, alienisque desi- fero, relicti que, supra quam à mortali expectare quicumque possuissent, præliterunt, achumanas necessitates dixerunt, cæcis Persarum centum millibus. Blesensis omni genere ignominia notatus à ducibus suis, quoad novo exercitu co- acto, aliquanto post Hierosolymitano bello non minore m- virtutis bellicæ, quam prudentiæ gloriam promeruit. Amilius lib. 4.

Ursina factio in plures Italia principes, & populos diffusa, cum Cæsaris Borgiæ ductu, & auspiciis militaret, ejus succes- sum, & potentiam cernens (dubium sua sponte, an alieno im- pulsu: nam utrumque traditur) secessionem cum suis copiis fecit. Adduxit ea defectio res Cæsaris in discrimen, omnes- que ejus conatus, si in proposito mansissent, qui ab eo de- fecerant, facile everti potuissent. Cæterum paucis diebus, quibus defectionem ostendebant, ultro in fidem rediere. Sed dum quæ audacter res mota est, inconsiderate Cæsaris imperium receptum, tam graviter ejus motus auctores, viri alioqui fortissimi, spem pacis secuti, à Cæsare afflicti sunt, & sub ejus potestatem redacti. Sabell. lib. 4. cap. 9.

**MILITES.** Emanfor, miles erro: Deserter, miles fugitivus. Ille redit, non bic.

**PERDICCAS** contra Ptolemaum in Ægypto rem gerente, cum Nilum magna suarum cum clade superasset, & serè ad duo milia vi fluminis percessissent, alienati sibi militum ab eo animi. At Ptolemaeus eorum corporibus, qui ad ipsam unda ejecti fuerant, combustis, exequiisque procuratis, misit ossa ad necessarios, amicosque defunctorum. Quo facto Perdica- ni Macedones in Perdicaam multo magis offerati sunt, & in Ptolemaum benevolentiam inclinarunt. Ubi mox venit, plena erant castra ejulatorum, atque luctu, tot viri infeliciter amissis sine ictu hostili, & eorum non minus mille devoratis à bestiis.

Multi ducum coire, & Perdicaam incusare, totum quidem agmen pedum animis alienatum, minaci voce alienationem E pra se ferre. Itaque primi ducem desecere circiter centum, quorum erat illustrissimus Pitho, is, qui Græcos omnes de- bellaverat, & virtute, atque gloria nulli amicorum Alexandri cedebat. Postea etiam equitum nonnulli facta conspiratione, Perdicaa tabernaculum adeunt, & aggressi eum univerfi jugulant. Diod. lib. 18.

**SOCRATES** in oratione de Pace declarat, infames olim habitos, qui vel ordinem deseruissent, vel clypeum abjecissent. Idem indicat Æschines adversus Timarchum, quòd qui non fuisset in bello, aut qui hastam abjecisset, ei non licebat in concione quicquam agere. Erasmus in Adagii.

**DEMETRIUM** Poliorcetem rebus gestis maximis, cum conspiratione Seleuci, Ptolemæi, & Lyfimachi undique pre- meretur, contra Pyrrhum Macedoniam invadentem movit. At ut ex propinquo castra Pyrrho contulit, cum Macedones semper Pyrrum fuissent in armis mirati strenuitatem, & planè jam inde antiquitus regno dignissimum essent soliti habere eum armis, qui foret præstantissimus, aut verò tunc ejus in f captivos lenitatem accepissent: omnes autem & ad alium, & præcipue ad hunc à Demetrio quaerent desicere: clam, & exiguis agminibus primum deservire, deinde aperte totus in motu, & seditione fuit exercitus. Postremò non dubitave- runt nonnulli adire Demetrium, & monere, abire, & sibique consulere. Fatigatos enim jam esse Macedonas, pro illius luxu bellare. Moderatissima hæc Demetrio oratio præaliorum visa asperitate est, tabernaculumque ingressus, ut in non rex, sed escleritio, tragicam illam chlamydem pulla commuta- vit, ac furtim subduxit se, & in Asiam trajecit. Ubi à Seleuco genero pressus cum ex desperatione pugnam committere pararet: Seleucus dimisso equo, galeaque detracta, & patina sumpta, processit in primam aciem, monstrans se mercena- riis: hortatusque est eos, ad se ut transirent, tandemque in- telligerent, hoc tamdiu egisse eum, ut illis parceret, non De- metrio. Ibi omnes salutantes eum, & regem appellantes, & transitionem fecere. Demetrius desertus à suis, ad portas Amanidas Seleuco sece deditit. Plutarch. in Demetrio. Porro devicto in Syria Demetrio, securus jam Lyfimachus, & negotiis vacuus, movit confistim in Pyrrhum: eumque ad Edeffam anomæ difficultate primum macera- vit, deinde Principes Macedonum litteris, & nunciis cor- rupt, improprians eis, quòd peregrinum, & cuius ma- jores semper servissent Macedonibus, cum seissent domi- num: amicos verò, & familiares Alexandri extrude- rent Macedonia, Multis impulsibus copiis, atque eadem, qua quaesierat, amisit ratione Macedoniam. Plutarch. in Pyrrho.

Erat in exercitu Timoleonis in Sicilia contra Carthagi- nenses miles quidam, Thrasius nomine, qui cum Phoceni- bus direptioni sacri templi intervenerat, vir temeritatis, & confidentiæ incredibile. Hic vita suæ improbitissimè accom- modatum planè facinus ejusmodi commisit. Cum enim solus, omnibus fere aliis, qui oraculum expilaverant, merito supplicio à Deo affectis, nescio, quo pacto divinam ultionem evitasset, Timoleonis milites ad seditionem concitare ausus est: eum passim dicitans proculdubio insanire, qui ad certissi- mam eadem milites suos duceret: quique Carthageneses sexies suis copiis plures, omnique apparatus bellico instructi. Hi- smos à se superatum ita, non veteretur confirmare: merito militum suorum animas in aleam conicere vellet, ne stipendia longi temporis debita, indigentia oppressus, perolveret. Proinde consulebat Syracusas redirent, ibique stipendii, quod eis deberetur, satisfactio nem postulare: neve ad expedicionem, in qua nulla vincendi spes apparetur, illum sequerentur. Admonitio hæc multorum animos commoverat: jam- que tumultum facere ceperant, cum Timoleon precibus, & pollicitationibus multis, summa cum difficultate ad offi- cium eos reduxit, præter mille, qui Trasium sequuti sunt, eorum punishmentem in tempus magis idoneum differens. Timoleon litteras ad amicos, quos habebat Syracusas, dedit, uti benignè hi milites reciperentur, & sedatis essent. Et victorie, qua deinceps parta est, gloria contumaces illi mille carue- runt. Post victoriam Timoleon reverfus Syracusas, primum omnium milites, qui à se discesserant, ducè Thrasio, urbe tan- quam desertores expulit. Hi transfugerunt in Italiam; oppi- dumque ibi magnitimum in Brutis occuparunt, & diruperunt. Qua

qua injuria Brutii commoci coactis magnis copiis, contra eos profecti sunt: oppidoque, in quo erant, vi potiti, omnes eos trucidarunt. *Diod. lib. 16.*

Carthagenisibus post primum bellum Punicum bello Africae no stipendiariorum pressis, Milites, qui in Sardinia erant Bosarem, & Paeos, qui cum imperio in insulam venerant, in potestatem redactos, crudeliter trucidant, atque arce occupata in apertam revocant defensionem. Hujus motus fama Carthaginem delata, confestim Hanno cum novo exercitu est in Sardiniam missus. Hunc novi milites, initia cum veteranis conjuratione, cruci affigunt. Nec duplici scelere contenti tertium adiciunt; quicumque Carthagenisium in tota insula fuerit, ad unum interficiunt. Arcibus inde, & oppidis potiti, insulam non nihil tenere, donec orta inter eos, & insulas discordia, milites expulsi in Italiam abierunt. Atque ita Sardiniam à Paeis alienari contigit. *Sabel. lib. 9. Ann. 4.*

Scipionis consulis exercitus, cum adversus Syllam proficeretur, & Sylla jam appropinquasset, adeo ducis imperium sprevit, ut cum neque arma capere, neque tueri castra vellent; à L. Sylla, qui non ultra 20. cohortes secum habebat. Scipionis autem exercitus 40. millium numerum excederet, in tentoribus suis Scipionem capi passus sit. *Fulgens libro 9. cap. 7.*

M. LEPIDUS Triumvir, cum in Sicilia duodecim legionum, & quinque millium equitum, prater auxiliares copias Exercitum haberet, per seditionem ab eo desertus est: quem neque lacrymis, neque minis unquam retinere, atque ad officium revocare potuit, quin ad Othavium, qui cum sex cohortibus tantum venerat, transiret, cui, si conditionem accepisset obtulit, se eius arbitratu Lepidum interfecit. Quamobrem cum alia salutis ratio nulla esset, Lepidus inermis ad Othavium, ipsum munere victurus se contulit. *Idem.*

OCTAVIUS, Pelsio capto, obfidebat Alexandriam ad Hippodromum. Erumpens in festis M. Antonius certavit strenue, atque equitatum Caesaris profligavit, effusumque egit, usque ad castra. Hac elatus victoria ingressus est regiam, & Cleopatram in armis osculatus est: atque eum, qui fortissimè dimicaverat, commendavit illi Cleopatra, prænium ei auream loriam, & galeam donavit. Miles vero his acceptis transit nocte ad Caesarem. *Plut. in Antonio.*

M. ANTONIUS ab Octavio Alexandriæ obfessus, ultima experiri statuit. Itaque pediatum in tumulis, pro urbe collocavit. Classem vero in alium provecum, atque in hostem spectavit pergentem. Constitit ibi praefolans, ut successum ejus cerneret. Classis postquam remigio appropinquaverunt adversè classis, salutaverunt Caesaris milites. Quibus saltem reddentibus desceverunt ad illos: atque ex omnibus navibus una effecta classis urbem infesta perit. Dum id contemplantur Antonius, extemplo defensus est ab equitibus, qui transierunt fecere. Pediatu suo recepte se in urbem, proditum se à Cleopatra vociferans iis, in quos illius causa sumperat arma. *Plut. in Antonio.*

Interfecto Caracalla, & electo Maclino homine foetidissimo, cum Milites cognovissent ex muliere quadam, cui nomen erat Mezia, Helioabatum filium esse Antonini Bassiani, à Maerino desererunt, & Julianum Praefectum cum exercitu interfecerunt. Macrinus prodicione militum victus cum paucis fugiens, in vico quodam Bithyniae cum filio Diadumeno occisus est: suis partem deditis, partim occisis. *Cusp.*

PHILIPPUS Gordianum Imper. suum fraudulenter circumventum necavit, & imperium arripuit. Scythiae interea Romanas provincias incurfant. Expeditioni praeficitur Marinus dux limitis Sarmatici, quem milites Illyrici Imperatorem salutarunt, & paulo post militari seditione trucidarunt. Ergo Decium cum supplemento mititavit Philippus. Qui cum ad exercitum pervenisset, concordia assensu milites Illyricani invitum, ac repentinam striditibus enibus Imperatorem fecerunt. Dux experientia rerum cautus ne à principe accusari posset, neve locum calumniis praeberet, fidissimo nuncio literas ad Philippum dedit, quibus se excusabat, suppliciter orans, ne turbato animo ferret, se abdicaturum dignitatem promittens, ad quam invitus tractus esset. Philippus vero Punica fraude deterior: qui ut scelera tegeret, cultum Christiani nominis simulabat, expeditionem, scriptis etiam novis legionibus, contra Decium paravit: & cum per duces posset bellum gerere, ipse eductis copiis profectus est, minis ingenibus palam asserens, se Decium cum toto scelerato exercitu perditurum. Hac mente turbatus, veluti furorè concitus ferebatur. Itaque à militibus ipse Verone caesus est, medio capite supra ordines dentium praefixo, cum filius duodenarius Romæ à pratoria-

nis occiditur, anno imperii 4. ut Sex. Aurelius, & Eutropius scribunt. *Idem.*

GALLENUS Exercitus spreto imperii jure, Censorium Imperatorem creavit. Is per omnes honorem gradus ascendit: & tunc vulnerè, quod in praetio accepit, debilitatus, in agro suo latebat. Ad imperium autem evectus, quia milites disciplinam ejus severitate non poterant, quoniam insipientia assueti ferre ejus severitatem non poterant, caesus fuit. *Fulgens lib. 9. cap. 7.*

CALPURNI Augusti Exercitus, quo tempore cum Severo Caesare adversus Maxentium urbem Romanam tyrannide prementem, missus fuit: ut se hosti propinquum vidit, concitato tumultu signa militaria cepit, atque ad Maxentium transivit. Quamobrem desertus ab exercitu Severus, cum inde profugeret, apud Ravennam capite multatus est. *Idem.*

VALENS Imper. exercitum contra Procopium misit: quem parva felicitate latatum, in Phrygia superavit, multis Militibus, ad eum ex Procopio castris transfugentibus, scuta inversa gestantibus, quod defensionis signum est. *Cusp.*

Milites Romani à Gratiano Imper. ad Maximianum defecit. *Vide Tit. Regnerum ambitiosa conservatio.*

TROILUS Pignatellus, anno MDXXVII. ad Solymanum Turcarum Imper. defecit, militie inter Mutafaras adscriptus, cuius ordinis equites è toto terrarum orbe selectissimi, quae velint numina colere, permittuntur, peculiaremque tantum uni cum ad bellum Imperatori operam praestant. Hunc purpuratè maxime idoneum fore judicabant, quem ipse invadendae Apulie consiliis adhiberet, tanquam multa de situ littorum, atque oppidorum conditione opportuna tradidit, & cuncta ad id bellum secunda fore pollicentem. Troilus etiam quarundam machinarum artificia invenit, atque minutis exemplis, apud rebus eorum artium Barbaros protulit ad sustinendum, vel improvidum hostium impetum, si per oram maritimarum defensionem fieri prohibere conarentur: cuius artificii formis Solymanus ita oblectabatur, ut cum plures curules, praefixosque ferres venabulorum mucronibus, uti apud Ravennam Petrus Navarum, an. MDXII. excogitarat, maxime miraretur, hominem tanquam subtilioris, maximeque efficacis industriae purpuratis magnopere commendare. *Jovius lib. 36. Hist.*

F R A T R E S.

PHILIPPUS, & OTHO IV. de regno Germaniae certabant. Othonis, utpote fratris, partes Henricus Rheni Palatinus sequebatur. Philippus Henrico minabatur, si relicto Othone se sequeretur, Palatinus dignitatem se in alium collaturum. Ergo Henricus fratrem Othonem nisi me castris compellans, inquit, Audis, quae hosti minitur? Itaque nisi me aliqua parte paternae ditionis sublevaris, non video, quibus modis & sumptus perferam in exercitu, & comminata discrimina evadam. Parum est, quod ex te volo, ut quoniam universum Imperium jam proprie tibi patet, cum Brunsvico urbe arcem mihi concedas Lichtember. Otho cum excepit his verbis: Cernis, quibus implicer difficultatibus. Faverit Deus, & propitia fortuna: non hoc solum, quod nunc poscis, sed feres ex me multo grandiora, modo quod instat agamus. Hostis adeffundit armis occurramus: victores æquius illi partemur. Henricus jam animo adversus à fratre cum copiis suis ad Philippum transivit. *Crantzius lib. 7. Sax. cap. 7.*

CUR DEFECTORES, OB A V A R T I A M.

Harpalus De quo paulo ante. Sacramorus Vicecomes à Maximiliano Storca Principe suo ad Gallias regem Ludovicum XII. valido exercitu Insulam circa ann. MDXXI. invasurum defecit: vir Principe ortus familia, sed majorem suorum virtutis, & gloriae penitus oblitus: utpote, qui fortuna fua minimè contentus, ad antiquum inclinata domus decus nequaquam bonis artibus aspiraret: Alebat enim circa se audaces veteranos ab egestate, atque superbia aëdibus affueos, & maleficus infames: & in his aliquot primæ nobilitatis adolefcentes, ac dissoluta vita perditos, & effraenes, qui à parentum imperio, gratiaque dilapsi, licentia militaris libertatem quaerebant. His omnibus in turmas, cohortesque descripsit, Sacramoti, fratrumque domus, penuriam copiis incondite, & liberaliter expositis, ita patebat, ut cum extra modum prodigo, neque patrimonio proventus, neque stipendia sufficerent, vacordia praeeptis ad retinendum instituti luxus

REGNUM. IMPERIUM. TYRRANNIDEM.

id est nomen, nonnumquam in pecuniosos feneratores, & opifices noctu graffaretur, atque inde infame novi Catinæ nomen apud Infubres referret: nec insulse quidem; cum nomen are alieno oppressus, ne decoqueret, sibi omnino conjurandum arbitretur. Quibus de causis, quod se multis infusum, & principii respectum nosset, cum Multio Gallico duce tranfugit, ut ala equitum praefectus regia stipendia mereret. *Jovius lib. 12. Historiarum.*

A M B I T I O N E M.

AGESILAUS Lacedaemoniorum rex accepto stipendio, Tachos Aegypto, qui à rege defecerat, se se conjunxit. At postquam non pro se sua totius exercitus ad eum delatus datus est, sed mercenariorum tantum: classi autem Chabrias Atheniensis est praefectus: summè vero rerum ipse praefuit Tachus id primum Agesilao transiit. Deinde reliqua Aegypti insolentia, & vanitate fatigatus ferre cogebatur, ac comitatus est navigantem in Pheniciam praeter dignitatem suam, & ingenium obsecundans illi, atque imperans sibi, dum est ei oblatum occasio. Neclanabis enim Tachi parulis, qui partem copiarum duxerat, defecit ab eo: ac rex ab Aegyptiis renuntiatus, missis ad Agesilao legatis perit, ut sibi veniret auxilium. Idem egit apud Chabrium, magna praemia urique ostendens. Ea cum Tachus odoratus praederet se illis supplicem, Chabrias Agesilao consulendos, & leniendo retinere in amicitia Tachi statuit. Cui Agesilao: Tibi, Chabria, inquit, qui sponte tua huc venisti, tuo utendū facultas est. Ego à patria datus sum Aegypti dux. Quare improbe fecero, si ad quos missus socius sum, hos impugnem, nisi aliud imperet patria. Ita factus certos obligavit, qui Tachum infestarentur, & commendarent Neclanabis. Lacedaemonii, auditis Aegypti, pro palam responderunt, Agesilao eam rem curae fore. Egerunt illi per litteras mandaverunt, ageret, quod è republica foret. Ita abductis mercede militantis transit à Tacho ad Neclanabis: abfurdum, & indignè facinorosum commodum praeterea patriae, quando hoc quidem velamento detraheo nomen istius facti versutum erat, proditio. Tachus à mercenariis desertus, fugae mandavit. Naclanabis vero contra alium regem Mendentium Agesilao duxit. feliciter pugnant regnum confirmavit. *Plut. in Agesilao.*

BALDUINO V. Hierosolymorum rege puero defuncto, Sybilla mater reddita sibi à Templariis regi coronam, quam filius ejus, fraterque, ac pater, auveregassent, marito suo Guidoni Lusiniario imposuit. Continuo tenata simulatas inter novum regem omnia ad se revocantem, ac Raymundum comitem Tripolitanum, maximam rerum partem capessere solitum. Barbarus obfidebat Tripoliadem. Ne urbis nobilitas, amicaeque amitteretur, auxilio eundem erit. Tripolitanus se regi conjungebat. Loco iniquo cum hoste ad occasum usque solis dimicaverat, nec capere locum destinatum castris potuerunt, quod eum hostis occupaverat. In sitiente, iniquoque noctem sollicitam egere: nec facultas fuit aqua interclusis se, quoque reficiendi. Antequam affecit jam vires totae defecerunt reperto postio stridite decernendum erat, ac virtute salus tendenda. Inter multas sententias una maximo assensu audiebatur, ut in eam partem accier, ubi Saladinus cum Volonibus suis, five Mamaluchis stabat, id quod ex signo cognosci poterat, omnibus viribus cuneo facto irruerent: ea una aut sublata, aut fugata dissipatae, de reliquis facilem futuram victoriam. Tripolitanus hunc consilium aspernatum, D pervicit, ut dilataretur actus, ne circummissi posset: quae res & illi liberam fugam praebuit, & ut nostri raris ordibus subfugis stantibus, hosti penetrabiliores essent effectus. Eductis militibus, striditque acie, antequam praesidium undique conferretur, Tripolitanus in fugam se, suosque surripuit: reliqui pugnantur egregie. Nobilitas quoque cum rege Guidone à Saladino capti. Capta sacrosancta Crux. Cum Saladinus continuo Templarios omnes praeter Magistrum jusserit occidi, certarum se quoque nostrorum Templarium profitebatur: & martyrij gloria de hoste triumphabat. Tripolitanus Ducum solus effugit, haud dubio postea rumore, illum cum Barbaris clandestinam foedus icisse. Omnes vires nostrorum concidite: Hierosolymus dedita, caeteraque omnia Saladino prona extiterunt. Vacuas prope urbes in potestatem rededit. Tripolitanum Comes tradere conatur, noctu mortuus in cubili inventus est. Vespillonones dicuntur circumcisum cum reperisse, certo signo defensionis, non modo à rege inviso Guidone, sed etiam à servatore Christo. *Æmilius lib. 6.*

Defectionis indicium, Athenionem vocare. Is enim Athenio Siculus fuit, qui Drepanus deficientibus cum capita factionis assumeret, interempto domino, & ex ergastulis coacta servorum manu, & comitibus voluntariis, Regnum ibi coacta fecit. *Alex. lib. 4. cap. 2.*

Contra illum magistrum officiorum, qui ob falso accusatam Imperatricem à Zenone Imper. egressus Orientem invaserat, Leontius cum exercitu missus, & ab eo verbis pellectus, diadema arripuit: Simulque Leontius & Illius Reip. inimici effecti, in Oriente civilem motum fecere, & addito solito Isauris dono, omnes conspirare contra Zenonem, ejus thesauris in Papyrio castello munitissimè repertis. Sed haud diu latati de prada, ac spoliis, à militibus Zenonis in eodem castello inopinati capti, & obtruncati fuerunt: eorumque capita, hactenus infixa, Constantinopolim delata. *Cusp.*

Regnante apud Hierosolymas Almerico, Syracinus Noradini Damasceni principis dux, simulatione ferendi auxilii Caliphæ Aegyptio, qui tunc à Christianis oppugnabatur, eum obtruncavit, Soldanumque se primum Aegypti constituit. Hujus Saladinus successore, Hierosolyma, Syriaque regnum, Christianis expulsi, in potestatem recepit, processumque temporis & ipsi Saracenicum nomen ex Turcis, quod inter Arabes versarentur, usque in hodiernum diem accepere, perpetuè postmodum lege laxare, ne quis Turca, aut infesta Mahumetana natus Sultanus esset: sed aut Christianus fidei desertor, aut alterius nationis captivus, ac servus. *Cusp.*

Tempore Sigismundi Hungariae regis, Antonius quidam Transylvanus, coacta ingenti agrestium manu, sub praetextu exuendae servitutis, à regia fide defecit. Mox in oppida castra movere cepit, quae rebellionem istam detrectarent: adversantem his nobilitatem collatis signis proteruit, multis caedis, qui partes secuti reculerent, à pagana turba trucidari, in vincula congesti. Quare sub libertatis nova specie, Antonius tyrannidem tibi comparavit. Id ipsum Martinus vir agrestis in regione, quam Nyrium, & Zamoskenium dicunt, ausus est: & cum quadrato rusticoorum agmine longè, latèque graffatus, maximam per vicos, & oppida nobilitati calamitatem intulit. Singulis utriusque praesidis profligati sunt: caesusque seditionis auctoribus, ex agresti multitudine alii oculis, pars magna naso, auribus, labiisque aliqui multati sunt, nonnulli praecis magnaibus penas luere: ut omnes illi, quae nefaria scelera patrafecerat, sceda cicatrice vulgo referret. *Bonifacius lib. 3. Dec. 3.*

Mortuo Selimo, Gazelles Syriae praefectus, tanquam factamento liber, Solymanum, qui patri successerat, contemnens, Syria occupanda consilium cepit. Itaque reliquias omnes Mamaluchorum excipiens, regionis simul incolas ad se blanditiis alliciebat: praeter ea se se magno Rhodi magistro infansuavit, ut machinas areas, quaeque iis necessaria sunt: in super arma, ac triremes inde acciperet. Adhaec legatum occultè Alcairam ad Cajebejum praefectum misit, qui cum occultè Alcairam ad in iuriis, & sanguine Circaforum à Selimo effuso vindictam fumeret: atque occisus Turcis principem se constitueret, Sultanicumque Imperium demò instauraret. Cajebejus enim à Sultanis defensione prius facta, magnam Selimi rebus momentum atulerat. Verum Cajebejus Gazellis veteris inimici verbis minime fidem adhibens, aut fortasse majorem quam pro suis viribus difficultatum in hujusmodi peragendo negotio futuram considerans, legatum interfecti iussit, ac Solymanum ejus rei admonuit. Solymanus Faratem Bassam cum valido exercitu statim in Syriam misit. Quod cum audivisset H Gazelles, licet jam Baruti, ac Tripoli, aliisque in locis plura Turcarum praesidia expugnasset, terrore tamen percussus, Damascum se se recepit, quo quidem & Farates longis itineribus tandem pervenit. Caeterum nihil aliud huius rebus magis expedire arbitrat, quam ut fortunè omnia committeret, quae aut victoriam, aut mortem generoso duce dignam afferret, exercitum, quem congregarat, extra urbem duxit, ac mox cum Farate conflavit. Sed enim in conflictu ipse una, cum Mamaluchis omnibus trucidatus est. Farates vero una hac victoria Syriam recepit, & Cajebejus, totiusque Aegypti fidelitatem erga Solymanum confirmavit. *Jovius in vita Solymani.*

C R U D E L I T A T E M. A S P E R I T A T E M.

Severus Caesar, Nigro victo, cum ejus exercitum illi se defendentem asperis modis, & crudeliter, ut erat natura saevus, acciperet: complures ex veteranis Militibus coegit trans Euphratem ad Parthos confugere. 3. è cum barbarorum discipli-

nam, & Romana militandi exercitia docuissent, effecerunt, ut  
A illi in posterum, molestissimum Romanis copiis negotium  
subinde exhiberent. *L. v. de concordia, & discordia, 3.*

INSIDIAS.

Cum Sarbarus archisatrapes videtur semel ab Heracio apud  
Cofroen regem Persarum accusaretur consiliorum, quae cum  
Romanis elanculum habuisset, Cofros de ejus nece literas  
miserunt. Nuncius ab Heracio interceptus, Constantinopolim  
est ductus. Reip. curatores visis litteris & tabellarum, & literas  
Sarbaro miserunt. Qui ut Cofros malum animum profecerat,  
alteras confinxit literas, quibus sua & multorum praefec-  
torum, ac tribunorum militarium, aliorumque, qui ordines  
ducebant, caedes mandaretur: induxitque nuncium a rege mis-  
sum uti litteras illas ab eo se accepisse confirmaret. Tum habito  
consilio, ubi primores omnes aderant, palam litteras recitari fe-  
cit: quae maximam indignationem omnium commoverunt,  
adeo ut primores omnes quicunque ordinibus praerant, ad  
Romanum Imperatorem transire constituerent, & extremum  
odium in suum Principem conciperent. *Cuspinianus.*

REPREHENSIONEM.

Abner Ner F. Polemarchus, ab Isbofeth Saul regis filio ad  
Davidem defecit, eo quod Isbofeth eum reprehenderat, quod  
cum concubina patris sui tem habuisset. Nec solum ipse defecit,  
sed omnes Israelitae Davidi subjecerunt suam auctoritate. Re-  
gnum enim divinitus Davidi debebatur. *Reg. 3.*

INJURIAM ACCEPTAM.

Britanni sub Nerone a Romanis defecere, Praefutacum Tigge-  
norum regem duces fecerunt. Hic ob uxorem a veteranis mili-  
tibus pulsata, duasque filias pollutas stupro, veritus, ne  
pejora pateretur, insularis auctor fuit, ut concessum in Ro-  
manos arma fumerent. Primo itaque insularum motu  
veterani metu percussi, templum quoddam occupant, ubi  
omnes ad unum interfecit. Inde legio una, quae Petilii  
Cerealis ductu his auxilio mox paulo assuit, fusa, caesaque est.  
Pervagata inde est insularum ira per Romanorum civium,  
C & sociorum capita, caesaque dicuntur ex imbelli multitudine  
ad septuaginta hominum milia. Paulinus Suetonius Rom.  
praefectus non multo post assuit cum decem millibus arma-  
torum. Certatum est in loco angusto, & ob id Romanorum  
paucitati ad victoriam perutili, fuitque pugna ab initio atrox:  
postremo hostes fusi, fugatique sunt, ac cum multa caede pas-  
sum disieci, octuaginta ferè millia Britannorum sunt eo pra-  
lio caesa. *Tab. 2. En. 7.*

An. M. CCC. XXXV. initium maximi belli Anglici, quod  
tam atrox, cruentum, & funestum fuit, ut ex quo Gallia Ro-  
manorum arma sensit, nullum cum eo se conferendum: sa-  
pius intermissum, saepius renovatum. Robertus Atrebas Comes  
Bellomontanus cum litem amisset, quae illi erat cum  
Mathilde Burgundionis uxore, atque ob id inimicitias cum  
rege Philippo Valerio exerecens, jactans quibusdam verbis  
contumeliosus, quamvis Regis forem haberet uxorem, se  
male acceptum, injuriamque sibi factam exstimans Burdega-  
lam ad partes Angli recepit, uxore, liberisque Joanne, & Carolo  
relictis. Anglus cum honorifice excepit, & remuneravit co-  
mitatu Richemondiae. *Chron. Francorum.*

Anno MDX. Joannes Franciscus Gambara inter civitatis  
D Brixianae Principes clarus, tum equitum reip. praefectus, ob  
simultatem, quam cum uno ex Lauredanis civibus Venetis  
graverit ab eo offensus exerebat, in clade exercitus ad Gallos  
hostes sua cum turba transiit. Sed mox Gallici pertasus im-  
peri, cum sibi S. Caveri de pristina gratia curasset, sponse  
Julio II. pontifice, Venetis recipienda Brixia fuit auctor.  
*Bembus lib. 10. Hist. Venetiae.*

JUDICIUM.

Parfodes Perfa, Artaeo Medorum regi apprimè carus, ex qua-  
dam judicio in fenus Regi, cum tribus millibus peditum,  
equitibus mille ad Cadufios aufugit. A quibus susceptus fore-  
m respondit uni, & fuisse Cadufius, ut se in libertatem ven-  
dicarent. Dux ipse belli ob virtutem creatus, exercitum maxi-  
mum ad ducenta hominum milia coegit: castrisque in finibus  
Cadufiorum positus, Artaeo adversus se cum octingentis  
millibus hominum profectum pugna superavit. Ad quingen-  
ta milia interfecit, reliquos abegit extra Cadufiorum fines.  
Hac victoria insignis, & Cadufius rex creatus, in Mediam tran-

sit: omni provincia vastata, magnam gloriam affectus est.  
Vergens in senium, cum inflaret vitae finis, exierat est finis E  
cessores, qui odium, inimicitiamque inter Cadufios, ac Medos  
delerent: qui pacem procuraret, exilio muldaretur, sine pro-  
genies sua, seu Cadufius esset. Quapropter Cadufius semper  
Medis hostes exiterit, nunquam illorum regibus subdit, usque  
ad Cyrum Persarum regem. *Diodorus lib. 2. c. 9.*

Robertus Atrebatium comes genuit ex se Philippum, &  
Mathildem. Hæc nupsit Othoni Burgundiae Comiti. Ille ante  
patris obitum vita exutus reliquit Robertum filium. Exin  
Roberto comite in pugna Curtraceni cum Flandro facta  
interfecto, Philippus Pulcher Rex Atrebatium comitatum  
Othoni Mathildis viro dedit, tamen reclamante Roberto,  
haereditatem a Roberto avo paterno, & divino, & humano  
jure sibi venire debere. Sed vis plus valuit, sic ut iudices postea  
de re controverfa cognoscentes, Regis præjudicium fecerit, &  
contra atque jus potestaret, secundum Mathildem sententiam  
tulerint. Cæpit Robertus magis inde apud suos queri, atque  
indignari, quod amice quam dote tantum contentam jura vo-  
lunt, cum stipis virilis superfit, perperam suus avitus principa-  
tus esset attribuit. Haud longo post tempore, cum Philip-  
pus Valerius ad regnum evocaretur, Robertus ejus cum pri-  
mis causam adversus Anglum, regnum Franciae repetentem, F  
acriter defendit: idque fecit, partim quod ejus forem in  
matrimonio haberet: partim vero, quod consideret futurum  
ut auctoritate Regis tandem aliquando suum reciperet comita-  
tum. Sed contra accidit: Valerius enim Mathildis aperte fa-  
vens, nullo pacto est passus rem ut unquam judicantem reficendi.  
Robertus ex ea causa alieno tum a Franco jam animo fuit, &  
uxore, ac duobus filiis Joan. & Carolo relictis, ad Edovardum  
III. Angliæ Regem profectus est, quem ille, quod honesto  
loco natus esset, liberaret accipiens, magno in honore ha-  
bere, ad omniaque sua consilia adhibere cepit, ac non multo  
post Richemondiae comitatu donavit. At Robertus vindic-  
ta causa funestissimum illud toti Galliae bellum Anglicum  
excitavit. *Paulus Aemil. lib. 9. Polyd. lib. 19.*

GODOFREDUS Hariuricus comitis frater, proditoris postu-  
latus, sui copiam in iudicio non fecit. Absens damnatus ad  
Anglum tranfit, altera fax belii, secundumque ab Atrebatie  
exul peregrinis armis patriam oppugnaturus, & magister mili-  
tium ab Anglo creatus. Hujus ductu ad Cresciaum Franci  
funestissima clade fuit affecti. Eo prælio cecidit per Rege G  
Franco in Anglos egregie pugnans Hariuricus comes, ingenti  
luctu fratris Godofredi Magistri militum Anglorum: qui postea  
penitentia duci vitus, quod privato dolore stimulat  
Franciam vexasset, fratremque clarissimum virum fe contra  
armatum amiserit, relicto Anglia, victa laqueo cervicere-  
gem Francum adit, ad ejusque pedes procubuit. Rex laqueum  
solvit. *Aemil. 19.*

Carolus Borbonius Galliae regulum opulentiss. sanguine  
conjunctus regis domuit; Magister equitum a Francisco rege  
fuerat appellatus. Fuit pater Gilbertus, & Montpensierus,  
qui Gallorum Imper. victus ab Aragonis, Bajas interit.  
Duxerat uxorem ex foreore Caroli IX. regis genitam: unde ei  
dotali nomine Borbonii principatus accesserat: ea morte sub-  
lata, & ob id cum socio contracta similitate, ad Helonoram  
Caesaris forem oculos adiecit. Interim Ludovica Francisci  
regis mater, quod ex eadem Borboniana domo materum ge-  
nus duceret, non ambiguo jure ea oppida quibus Carolus Bor-  
bonius haereditate creviffet: contestata lite repetebat. Tum ve-  
ro Borbonius tantam injuriam deprecari, obsecravit Franci-  
cum, ut matrem oppidorum suorum iniqua cupiditate defla-  
gramtem compefferet: rex eum, ut bono animo esset, horaba-  
tur: nec de summa ejus lites omnino dubitaret: in eo tamen  
perseverabat, ut controverfa sentus iudicio finiret. Ne ma-  
terium animum ulla profus offensioe perstringeret. Cæte-  
rum si oppida matri essent adjudicata, ingenti liberalitate se  
ostensurum pollicebatur, quantum virtuti ipsius, ac dignitati  
egregia animi propensione tribueret. Sed Borbonii animo se-  
mel alienato, & cuncta a quo gravius estimanti, alia contumel-  
lia accessit: nam ea die qua in finibus Nerviorum ad Valenta-  
num oppidum Francico regi cum exivis Caesaris Caroli  
V. copias ad certissimam spem victoriam fuit consilium  
primum acie cura, quae magistro equitum debebatur, Alan-  
conio regis fororis marito fuerat attributa: quod adeo ini-  
quo animo Borbonius tulit, ut jam instructa acie, & concup-  
tis hostibus non modo copias suas Scaldam amnem, pon-  
te, quo rex accesserat, non traduceret: sed etiam malignè  
cunctando Ludovicum Normanniae Senefchallum, cum ala-  
nobiliū equitum impigre transeuntem, in ripa sua importu-

no consilio retentate comaretur. Hinc nefario suscepto confi-  
A rio, cum paucis & iis quidem levissimis hominibus conjurat.  
Caesari, & Henrico Britannia regi pollicetur, se Galliae regnum,  
cum Francis alpes transierit, excitatis ad arma clientibus,  
ad juvantibusque Regibus, qui una conspiraverit, protinus in-  
vasurum. Erat hoc factu nequaquam difficile, & quoniam  
Franciscus nihil de se fide subuebat. Sed cum esset in itinere Fran-  
cis, indicante Argutio quodam ex consertatis, insidiae de-  
tegunent. Borbonius tandem noctu profugit, aviisque tra-  
mitibus calonis habitu, comite Pomperano, cui vitam ante  
servaret, in Sequanos, & Caesaris fines pervenit: atque inde in  
Italiam efit profectus. *Jovius in Pifcario, 19. lib. 22. Hist.*

IGNOMINIAM ACCEPTAM.

Post Novogrodum magnum a Moschis subactum, Ruf-  
forum Severiensium Principes ultro ad Moschos a Polonis  
defecerant, non maxima re offensi, nempe quod cum Vilnam  
venissent ad Cafimirum regem, quodam tempore in tomiffi  
non sunt: cumque unus quispam ex iis importunitus urgete,  
ac dignit foribus paululum adaperitis infervatis, insidiae de-  
B attraxit vehementius foribus, pressis & confregit. Et luit  
quidem capite penam panitor, non fuit tamen eo satiata ira  
principum: quin it professi redit ad Moschorum ducem,  
ejus Imperio fe, suaque omnia subjecerunt. Anno 1496. Sive  
autem hæc fuit causa defecionis, sive illa potius, quod despi-  
cauti se esse Lituans animadvertent, ac de religione, ritu-  
que sacrorum ab illis quidem dissentient, cum Moschis verò  
consentirent: illa tamen occasione permoti, mediatum for-  
tassis jam ante facinus maturarunt. *Cronerius lib. 29.*

Bassus, equitum Italicozum praefectus, bello Neapolitano  
contra Tarracomenfes pro Andegavenfibus lreterat. His bello  
victis, in Galliam fe contulerat, Joannem primum ducem,  
deinde Nicolaum fecutus. His defunctis ducis Burgundionis  
Caroli stipendiis ordines ducebat. Jam inde ab initio dehor-  
tator fuerat Lotharingici belli capessendi, ejus etiam sumpti  
in concilio auctor erat deponendi. Non tenuit iram dux, Lo-  
tharingie potiundæ cupiditate flagrans: atrox convitium ho-  
mimi, ac alpaa posuavit. Eam velut summam ignomi-  
niam militaris viri inimum pectus immortali memoria tacitus  
C demisit. Dux aut oblitus, aut oblitum tatus, ut eam non  
indignitatem ab Imperatore in mercenarium existimans, uti  
ejus opera perseveravit. Is Burgundum Nancium obfiden-  
tem, paulo ante pugnam qua fatalis fuit perfide deseruit,  
& ad Robertum Lotharingum cum CLX. egregiis equitibus de-  
fecit. *Aemil. 10.*

TRANSFUGI, DESERTIONIS POENA.

Quæ in loco de Panna, & Punitione, nulla.

\* Tranquillitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Tranquillitas, Græcè *ἡσυχία*, & *ἡσυχία*, tranquillitas di-  
citur Hebr. *Sebeket*, a verbo *Sebeket*, quievit sub seuto,  
tutus fuit. Cognationem habet cum *Seabak* fteix placidus,  
& tranquillitas, quod propriè de mari dicitur. Hinc Lat. Scu-  
tum, & per aphaeresein quietus. Tranquillitas omnium præstan-  
tissima, 1. *Joan. 3. 19.* De tranquillitate animi Philosophi Chri-  
stiani, & Ethnici multa. Est autem tranquillitas quies maris.  
*Secund. B. Thom. super 1. Metaph. 7. le 6. fin.*

Tranquillitas est, qua mites, ac sedati sunt animi ab omni  
D perturbatione, sumpta a fluctibus translatione. Cujus con-  
trarium est atrocitas, & fluctuatio.

TRANQUILLITAS IN QUO CONSISTAT,

EJUSQUE ENCOMIUM.

Commodissima est tranquillitas, cum ad alia, tum ad scientiam,  
& prudentia exercitacionem: non cauponatiam, & fo-  
rentem dico, fed magnam illam, qua Deo similem reddit sui  
participem. Exercitia enim, qua in civitatibus, & inter homi-  
num turbas sunt, dicendi facultatem acriorem, quam nihil aliud  
est, quam calliditas, augent. Ita ut qui in ipsa excellent urba-  
nis negotiis, veluti a coquis, sarciti, & variati, ministeria quavis  
abfuda obeant. Solitudo autem gymnasiū existens sapientiæ,  
beneficentiae mores, format, & dirigit hominum animos  
nihil enim impedimentū habent, quo minus promoveant:  
neque ad leges multas, & parvas offensus a rectitudine  
flectantur, ut animi civitatibus illis, sed in aere puro, & ut  
plurimum extra hominum consuetudinem agentes in re-  
cto surgunt, & pennas producent, limpidi ffano, & levissi-  
mo liquore tranquillitatis irrigati, in quo diviniore mentis

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

discipline, & puriores conspiciuntur. Hanc ob causam Deo-  
rum quoque delubra antiquitus consecrata, in locis maxime E  
solitariis primi homines constituerunt, ut in primis: Musarum,  
Panis, Nympharum, Apollinis, & omnium, qui Mufice  
præferti sunt dii: utpote separantes disciplinas a molestis, &  
nefaris quibusdam rerum urbanarum negotiis. *Plinius in T. ang.*  
Ille, qui dixit, ad vitam tranquillè agendam non multum  
agere oportere, nec privatim, nec publicè hic primo ma-  
gno nobis parabilem animi tranquillitatem facit, utpote  
inertia venalem, & tanquam ægrotorum unumquemque hortans  
versu illo tragico:

*Mors è meo utroque deditur vitæ in devious.*

*Mane, miselle, tuus in lectis immotus. Idem in opere eodem.*

In formis vitus est Stilponi Philosopho Neptunus iratus,  
quod non immolasset Hecatomben, quem admodum mos erat.  
At Philosophus hoc viso nihil perturbatus respondit: Quid  
ais, Neptune? Itane veluti puer hac venisti, cum tua querimo-  
nia, quod pecunia mutuo sumpta non explerem nidore civi-  
tatem? Atqui pro rei familiaris modulo sacrificavit tibi aquas  
aliquot, ad hæc aridens Neptunus, visus esse illi porticæ  
dextera, dixisse. In tuam gratiam ingentem aquarem proven-  
F tum largiar civitati Megarenfium. Quod & evenisse tradunt.

Demetrius Antigoni filius, cum Megaram cepisset, iussit  
Stilponis domum servari indemmum. Admonitus igitur Anno  
Stilpono ut libellum daret rerum omnium, quas amisisset: Ego in-  
quit, nihil bonorum meorum amisi, nam eruditio, & eloquen-  
tia mihi sunt incolumes, quod hæc verè sunt *divina*, hoc est,  
domestica, propriaque bona. *Erasm. 1. 7. apoph.*

APOPHTHEGMATA.

Socrates interrogatus, qui sine perturbatione viverent?  
Qui, inquit, nil sibi conciliunt mali. *Ant. in Meliff. p. form. 77.*  
Bion percontans, quis esset maxime anxius? Qui in ma-  
ximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille curis  
distorquetur, ut asequatur ardua, & affectus æque coquetur,  
ne amittat. *Laert. 1. 4. c. 7.*

Crates dicebat, se pro patria habere gloria neglectum, &  
paupertatem, in qua nullum jus haberet fortuna. Ajobat item  
se Diogenis civem esse, qui nullis invidiæ patebat insidiis.  
Opes enim, ac nominis splendor conciliant invidiam. *Laert. 1. 6.*

DEMOCRITUS, Tranquillum futurum non multa agere G  
oportet, inquit, neque privatim, neque publicè: nec omnia,  
quæ ad fuerint, supra facultatem, & naturam suam sibi sumere:  
sed tantam sui curam habere, ut quavis presentem fortu-  
nam, & quicquid opinio desiderat, suppedieturam, declinet,  
ac non plus assumat, quam quibus ferendo est. Mals enim  
commoditas tutior est quam ejus magnitudo. *Stob. serm. 101.*

ARISTIPPUS, validissimis argumentis, & sermonibus usus,  
hortabatur, neque de præteritis curam postea suscipiendam,  
neque de futuris atque. Id enim animi bene constituti signum  
esse, & hilaris cogitationis argumentum. Jubebat autem in  
diem animum intendere: & dei illam solommodo partem,  
qua quisque quid ageret, ac cogitaret. Solum enim abeat  
præfens in nostra manu positum non præteritum, neque in-  
itans. Illud enim abiffit, hoc an eventurum sit, incertum esse.  
*Ælian. 1. 14. de var. hist.*

Diogenes illud dixisse fertur. Quod fortunæ apponeret ani-  
mi fiduciam, legi naturam, affectibus rationem, eo quod his  
tribus paretur, & servetur hominum tranquillitas. *Laert. 1. 6.*

Phocion dicere solebat, Multo factus esse humi cubantem  
vivere, ac bono, quietove animo esse, quam perturbatum in  
aureo lecto. *Stob. serm. de prud.*

Lipfit scitum erat: Ut miles si cecidit, surgit alacrior, &  
animos, iraque sumit a casu: idem nobis fit, & constant  
pergamus ad illum tranquillitatis internæ portum, qui verè  
efficit beatos. *ex Cent. 1. epist. 19.*

Trapezyta.

Vide in loco de operis mechanicis, circa materiam inani-  
matam artificialem vsantibus.

Traufi.

Gens Thracibus finitima juxta Herod. in Terpifore: quæ  
edito infanti cum ploratu commemorant, quantum illi  
malorum in vita sit ferendum. E contra mortuos suos cum  
gaudio, saltibusque effertur, quod jam multis calamitatis  
sint subducti. De quibus eleganter scripsit *Erasm. in Astagio.*  
*Optimum non nasci.*



Concilium fecerunt Judaei, ut interficerent eum nocte...

Cum esset in Antiochia Pisdia Paulus, & Barnabas dissi-

In civitate Lystris propter hominem claudum, quem cura-

Deinde in Macedonia occasione puella, a qua Paulus e-

Postea apud Thessalonicam, cum multi credidissent, zelan-

Apud Corinthum quodae instabat verbo Paulus testificans

Gallione autem proconsole Achajae, insurrexerunt uno

Existente Paulo Ephesi, & fiscaliter loquente verbum

Paulo navigante de Grecia in Syriam facta sunt ei insidia

Quidam Judaei Asiani, cum vidissent in templo Paulum,

Existens coram Felice praefide Paulus fuit a Judaeis tanquam

Postea, supple post appellationem, Romam catena vinculus,

De seipso scribens Apostolus ait: Nolimus vos ignorare

Cum venissemus in Macedonia, nullam requiem habuit

Comendans Apollolus Thesal. Vos imitatores nostri

Ab adventu Spiritus S. in discipulos usque ad tempus illud,

\* TRIBULATIONES OMNIBUS COMMUNES, Tamen Justis Proprie.

Occupatio magna, ait Sapiens, creata est omnibus homi-

Neque etiam Reges & Principes. Veruntamen nec rex,

Salomon certe omnia hujus vitae commoda expertus dixit:

Fortassis excipies improbos, qui suis obsequantur cupiditati-

Et quamvis afflictiones in hac vita communes sint aequi-

Hinc doctrinae contentione & illa verba Salvatoris, qui

Conspirant & illa Apostoli. Quem diligit Dominus, casti-

Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Hebr. 12.6.

\* EARUM LEVITAS, ET BREVITAS.

Apostolus ut nos adhortetur ad jugem tribulationum toleran-

Si autem aliquando D. Antonium cum demonibus colluctaretur,

Hinc aiebat S. Franciscus, tanta est gloria, quam expecto,

Abibus quoque, Diaconus, & Martyr, cum in persecutione

Licinii sub annum Christi 316. Edeffensan civitatem obi-

A ret, omnes confirmans ad pietatem, & constantiam in fide, ca-

S. Gregor. lib. 6. mor. c. 8. Sancti viri, inquit, foris despecti

Hinc iterum pulchre idem Aug. in Psal. 59. Explicans illud

Sic Machabaei, Vincenzo, Laurentio, Stephano, lapides,

\* CONSOLATIONES IN ILLIS VARIAE, ET FRUCTUS UBERES, EX HISTORIIS SANCTORUM.

Cum ALARICUS Gotorum Dux post occisionem Stilico-

MAURICIUS Comes Cloemburgicus, a Bremensibus civi-

Cum aliquando D. Antonium cum demonibus colluctaretur,

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

fuerat, instauratum est. Illic praesentiam Domini intellexit

Nihil in hac vita Deo gratius esse potest, & homini con-

Ad Proceres Francos in Aegypto captivos belli sacri tem-

Cum virgo Catharina Senensis, multas a demonum inse-

Yy 4 penis,